

IOBI LVDOLOFI

aliàs *Leutholf* dicti

# HISTORIA ÆTHIOPICA,

*Sive*

Brevis & succineta descriptio


## REGNI HABESSINORVM.

Quod vulgò malè PRESBYTERI IOHANNIS  
voeatur.

In qua LIBRIS QVATVOR agitur

- I. De natura & indole regionis & incolarum.
- II. De Regimine politico, Regum successione &c.
- III. De statu Ecclesiastico, initio & progressu religionis Christianæ &c.
- IV. De rebus privatis, literaturâ, œconomiâ, &c.

Cum Tabulâ Capitem, & Indicibus necessariis.



*Frankofurti ad Mœnum*

Prostat apud JOH. DAVID ZUNNER.

Typis BALTHASARIS CHRISTOPHORI WUSTII Sen.

A. S. C. clo lxxxi

*Nobilis. Amabilis. atq. Doctus. Vir*  
Dn. Jacobo Grandio

*Medico, Philosopho et Anatomico celeberr.  
amico suo singulari  
dono mittit*

*Autor*

cum huc optimè quadrat; *cognationem* enim *plurimum*, ex communi quâdam stipite profectorum, inferre videtur. Quas rationes in *commentario* nostro<sup>(72)</sup> fusiùs declarabimus.

- 28 *Mala* atque *pyra* nostratia non fert terra Habesinica. Nam quo tempore apud nos maturefcunt, tempestates atq; procellæ in Habesinia sæviunt. *Arbores* enim (ut Habesinos dicentes audivi) cum nostro Orbe faciunt: iisdemque mensibus ac nostræ, folia promittunt & relinquunt; *herba* secus, quæ hyeme nostrâ ibi florent. *Mala* tamen *Citrea*, *Medica*, *Persica* atque *Punica* habent. *Piceas* & *abietes* septuaginta vel octoginta pedum proceritate in sylvis nostris mirabatur Gregorius, & sæpe ⲛⲈⲚⲧ: ⲩⲑ: *benedictas arbores* vocabat; præsertim cum intelligeret tam magnum in navibus & domibus ædificandis usum habere. Neque tamen Æthiopiam proceris arboribus destitui ex itinerum narrationibus
- 29 liquet. Sed non sine admiratione dicenda est arbor *Ensete*,<sup>1, 12, 16.</sup> Indicæ ficui similis, duarum orgyiarum crassitie. Nam truncata innumeris stolonibus sponte renascitur; qui omnes esui sunt, ut arbor hæc alium fructum proferre opus non habeat, tota enim pro olere est; nam concisa & cocta viliorum hominum famem sedat, qui & folia contusa cum farinâ
- 30 elixant, ac pultis instar mandunt. Aliam arborem N. Godi<sup>L. I. c. II.</sup> gnus laudat, contra ventris lumbricos valde proficuum; hos enim ex esu carnis crudæ gigni: at Habesinos singulis mensibus fructu hujus arboris *alvum* purgare, atque sic vermes illos necare memorat.

## C A P. X.

### *De animalibus quadrupedibus.*

1. *Boves* magnitudinis stupendæ. 2. ejus rei causa. 3. *Taurolephantes*. 4. eorum *cornua*. 5. *Armenta* Africæ. 6. armentarii *Beklenses*. 7. *Equi* generosi. 8. variorum colorum; 10. illis in bello: 11. *Mulis* ad alias res utuntur. 12. *Gradarii* arte fiunt. 13. *Cameli* in planis tantùm locis utiles. 14. *Ovium adiposa cauda*
16. in S. Scriptura ⲓⲃⲏⲛ *Alja*. 18. *Elephantorum* greges. 20. omnia vastant. 21. *Viam Regiam* efficiunt. 22. *Arbores* illorum *pabulum*; 23. dociles sunt. 24. *fus hospitii* observaverunt. 29. *Cornua* Habesini rectius vocant, quæ nos *dentes*. 30. Hominem non appetunt. 31. *Proboscidi* metuunt. 32. In Æthiopiâ nulli cicures. 33. *Camelopardalis* 35. cur sic vocetur? 36. *Nomen* ejus Amharicè, Ital. Arabicè. 37. *Zecora*, quadrupedum pulcherrimum, 39. describitur. 41. Ingens ejus pretium. 42. *Leo* magnanimus, 43. terror animantium. 46. *Tigrides* & *Pardi* truculentiores. 47. quomodo differant. 49. *Lupi* inertes. 50. *Hyæna* sæva. 52. *Semiarum* greges 53. *formicas* avidè vorant. 54. Fruges depascunt, sed cautè: 56. feris prædæ sunt. 57. Mirè se defendunt. 58. *Cercopitheculus*, 59. de quo rythmus triplici linguâ. 64. An *Callitrix* veterum? 65. *Animalia* Habessinæ Æthiop. Amharicè. 78. *Arvè Haris* Monoceros 80. visus à

*Joh. Gabriele* & 83. aliis Lusitanis, 84. ejus descriptiones veterum confusæ.  
85. *Vnicornia* multa dantur. 87. Nulli ibi *Vrsi*; at apri, cervi & caprea.

**O**B graminis ubertatem, & perpetuum hujus tractus calore, magna quoque animalia dari mirum non est. *Boves* inusitatae magnitudinis, Hungaricis atque Russicis multò majores, hîc conspiciuntur. Maximos, quos Gregorio ostendebam, ille  $\alpha\zeta\eta\lambda\theta\text{P}\zeta$ : *medios* dicebat. Nam ubi lac & pabulum sufficit, corpus post partum facile crescit, & calore magis extenditur; quod in frigidioribus plagis contra est. Hinc constat falsa non esse, quæ de tauris Æthiopicis, nostris duplo majoribus, Ælianus tradidit. Eosq;  $\tau\alpha\upsilon\epsilon\lambda\phi\alpha\upsilon\tau\epsilon\varsigma$  *Taurelephantes* esse putaverim; de quibus Philostorgus scribit, quod eos Romæ è meridianis locis advectos ipse viderit. Nam boves duplo majores à magnitudine elephantum haut procul abesse, verisimile. Quæque *Plinius* de Bubus Indicis camelorum altitudine refert, ego de Habessinicis intellexerim; Indiæ enim nomine, ut supra monui, Habessinia multis veterum venit. Tantos boves ingentibus cornibus præditos creditu facile, quaternorum pedum latitudine; ut idem *Plinius* ibidem tradit.

*Armenta* Africæ utique & olim celebria fuere; <sup>(73)</sup> & adhuc ibi dantur gentes quæ solâ re pecuariâ victitant. Tales armentarii sunt  $\beta\eta\lambda$ :  $\beta\eta\lambda$ : *Beklenses*, haud procul Suaquenâ; qui æstate montes incolunt, hyeme verò in plana descendunt, & pabulum sequendo, sedes cum tempestatibus anni mutant.

*Equorum* hîc generosa & valida est natura, non enim equitantur nisi in præliis, vel equestri decursu; ideò nec ungulas eorum soleis ferreis muniunt; <sup>(74)</sup> si per aspera & salebrofa loca eundum sit, eos ducunt, ipsi mulis insidentes. Vario- rum colorum sunt, ut apud nos, spadices, glauci, scutulati, fuscî & plurimi nigri. Centum mille equites nigros in centum millibus equis nigris Cyriacum Nubiæ Regem, quem aliqui simul in Habessinîâ regnasse autumant, contra Saracenos in Ægyptum duxisse, *Elmacinus* memoriæ prodidit. <sup>(75)</sup> Miserabatur *Gregorium* equorum nostrorum, cum illos videret ingentia plaustra trahere, illorum patientiam, nostram verò inclementiam miratus; quasi bellicoso & nobili hoc animali ad labores serviles abuteremur. Mulorum ergo mularumq; hîc frequentissimus usus; onera per asperos montes gestant:

iti-

L. XVII.

c. 45.

L. III. 11.

L. VIII. c. 45.

1, 1, 10.

Boch. Pha-

leg. L. II. c. 23

L. I. c. 17.

12 itinera longinqua illis conficiuntur; nullum enim jumentū  
tutiū per prærupta incedit. Quò molliū autem rectorem  
suū ferant, gradariū arte fiunt. Molesta nimis videbatur  
Gregorio iter facienti equitatio in equis, quò ut plurimum  
tollitū incederent: vel cursu asperiore rectorem lassarent;  
idque se in itinere Germanico satis expertum esse querebatur.

13 *Cameli* non nisi in planis locis dantur; arenam enim  
quamvis æstu fervidam, sine noxa pedum calcant, in monti-  
bus aut saxosis viis inutiles.

14 Mirabile illud genus *Ovium*, in Oriente atque Africâ satis  
notum, hîc quoque frequens est. *Caudas* tam *obesas* ha-  
bent, ut minimæ decem, vel duodecim libras: maximæ  
15 interdum ultra quadraginta pendant. (76) Igitur necesse est  
postellum supponere, quò tantum onus eò commodius post  
se trahere possint: nèque humi laceretur, aut corrumpatur.

16 De his caudis accipienda sunt, quæ in sacrificiis Hebræorum  
inter alia pingua cremari jubentur; quin & speciale nomen  
apud illos extat; *Alja* enim dicitur: vulgaris verò & ma-  
cilentilla, tam nostrarum ovium, quàm aliorum anima-  
lium cauda, *Zanab* vocatur.<sup>b</sup> Alia animalia domestica hîc  
æquè ac in nostro Orbe inveniuntur.

Exod. 29, 22  
Lev. 7. 3. &  
9, 19.

17 At *feras* multò plures & majores Habessinia quàm ulla  
alia terra alit, quas brevibus persequemur, à belluis initio fa-  
18 cto, quarum grandissimæ hîc dantur. In primis *Elephanti* (77)  
& ingenio & mole corporis conspicui, in planis atque sylvo-  
19 sis locis magno numero gregatim ingrediuntur. Centum  
circiter diversæ magnitudinis simul in Tigrâ vidit *P. Ludovi-  
cus Azvedus*: totidem ferè paulo ante præcessisse, idem te-  
20 statur.<sup>c</sup> Sed incredibile dictu est, quantam hi boves Lucæ  
stragem in sylvis & campis edant; arbores grandiores tam diu  
mole corporis quatiunt, donec vel scapus frangatur, vel tota  
arbor cum radicibus velut quodam terræ motu evellatur:  
mediocres manu paulò altius prehensas flectunt, & confrin-  
21 gunt, atque sic ramos cum foliis vorant. Frutices & dumos,  
fruges denique omnes, vel absument, vel obterunt. *ἄτ:*  
*ἤνω: Viam Regiam* illos efficere, eamque, ceu minus impe-  
22 ditam, iter facientes libenter sequi, Gregorius ajebat. Ne ve-  
rò pabulum tantis belluis desit, providentiâ Dei cautum.

Ar-

b) Bochart in Hierozoico. L. II. c. 45. p. 494.

c) Hunc numerum facilè credet, qui apud Nonnosum in Bibl. Photii n. 3. legit, quod ἴ-  
derit ἐλεφάντων πλῆθος ἐν ἰλίῳ, ἀλλὰ χιλιάδων ὄσον χιλιάδων πέντε. Elephantorum haud exi-  
guam multitudinem, sed ferè quinque millia.

Arbores enim illic crescunt cerasorum magnitudine, nobis ignotæ, instar sambuci medullâ plenæ, ligno molliori; quas graminis instar depascunt. Animal istud inter cætera muta 23 ad ingenium humanum proximè accedit; solum laude accenditur, & contumeliâ angitur. Exempla apud scriptores historiæ naturalis passim sunt obvia. *Jus hospitii*, dum 24 illo fruebatur, elephantem observasse *Gregorius* retulit, etsi hospiti sub discessum malam gratiam referre voluerit. *Vi-* 25 tulum enim pepererat in agro consito; colonus puerperam hanc, hospitem sibi ingratam, amoliturus, interficere constituerat. Disuadent vicini; non enim in ultam mansuram 26 cædem, sineret potius fœtum adolefcere, certus, elephantem messem maturam contra alios defensuram; id modò operam daret, ut, finito puerperio, fruges extemplo demeteret. Secutus consiliùm herus intactam servavit segetem, nullam 27 aliam nisi semitæ, quam fecerat, servitute passus. Digressa matre cum partu suo, herus vicinorum aũxilio agrum festinanter demessuit. Noctè sequente catervatim venerunt 28 elephanti, apud hospitem suum ante discessum cœnaturi; sed vacuum penarium & inanes mensas repererunt. *Cornua* 29 non dentes esse, ex quibus ebur fit, apud populos illos non ambigitur: & ipsa materia & situs id docent; ex cranio enim non ex maxillâ proveniunt: solisque maribus competunt, fœminæ, ut cervæ, illis carent. Homines non appetit barrus 30 nisi laceffitus, si fortè obviam venerit, modò restites & baculo mineris, proboscidem sub ventrem occulit, & barriens abit; facillimè enim amputari posse novit. Nervosissima est 31 extrema illius pars ac tenerrima, (cujus percussione valdè metuit) tribus velut apicibus prædita, quibus minutissimas res, tanquam digitis comprehendere potest. Cicures hîc 32 non sunt: nec ullus eorum sive in bello, sive in pace inter tot montes usus est.

At *Camelopardalis* non quidem crassitie corporis, at- 33 tamen proceritate elephanto longè antistat; tantæ enim altitudinis est, ut homo justæ staturæ ad genua ejus tantum pertingat. Sic credibile fit, quod ajunt, equitem erecto corpo- 34 re equo insidentem, ventrem illius subire posse. Nomen 35 illi inditum ex eo, quòd prælongo collo atque capite camelo non absimilis est; maculis verò albis rutilum colorem distinguentibus, Pardalis cutem refert. Romani cum eam primùm vide-





viderent; *Ouem feram* vocaverunt; quod aspectu magis,  
 36 quàm feritate conspicua esset, ut *Plinius* loquitur. Habesini *L.VIII.c.18*  
 nis à tenui cauda *Ἰζάρ: Φινί: Firaaka* in, i.e. *cauda tenuis*:  
 Italis autem *Giraffa* appellatur ab Arabico *إسراف* *Zurafa*.  
 37 Cæterum pulchritudine omnia totius orbis quadrupedia  
 38 præcellit *Zecora*; Congensibus *Zebra* dicta. (79) Animal  
 istud, muli magnitudine, ex sylvis ultra Habesiniam, & ter-  
 ras à Gallanis possessas adducitur, & facilè cicuratur; in do-  
 nis Regum Habesiniæ frequens, & præcipuum esse solet.  
 39 Illud paucis ex *Tellezio* describemus. *Lumbos ambit circu- L.I.c.14.*  
*lus coloris nigri in morem cinguli, quem utrinq; plures sequun-*  
*tur, pro corporis portione, modo latiores, modo arctiores, tam*  
*nigri, quàm cineritii coloris nitidissimi; tantà elegantia atque*  
*ordine, ut cujuslibet etiam egregii pictoris artem superare*  
 40 *videantur. Solis auribus dehonestatur, eas enim paulò lon-*  
 41 *e. asinus sylvestris, sed immeritò, cognominatur. Quantæ au-*  
 tem elegantia sit, vel ex pretio illius intelligi potest. Donave-  
 rat enim *Susneus* Rex tale animal *Turcico* *Suaquenæ* Præfe-  
 cto, qui illud bis mille *Venetianis* cuidam *Indo* vendidit, mu-  
 nus magno *Mogori* *Indorum* Regi.

42 *Leo*, quamvis ferocia & immanitate cæteras feras vincat,  
 tamen magnanimitate quadam erga hominem utitur; eum  
 enim, nisi famelicus sit, non lædit, modò intrepidus incedat.  
 43 Sed vix animal datur, quod audito vel viso leone non expave-  
 scat. *Tauros* maximos tantus terror invadit, ut toti tremant,  
 nec urinam continere possint; Habesini tamen illū aggredi  
 44 audent. De pastore quodam refert *Tellezius*, quòd prægran-  
 dem leonem, à capite usque ad caudam octo cubitorum lon-  
 45 gitudine, non nisi duabus hastis armatus, confecerit. Catulos  
 eorum etiam cicurare solent, non semper fidà mansuefa-  
 ctione.

46 *Tigrides* verò & *Pardi* sive *Panthera* (80) leonibus mul-  
 tò sunt truculentiores, nunquam enim homini parcunt.  
*Æthiopes* tamen, ceu notius pabulum, magis quàm albos  
 47 homines appetunt. Solo colore inter se differunt; hi enim  
 latas nigras maculas fusco colore: *Tigrides* fulvum colorem  
 quinque parvis nigris maculis tanquam pentaphyllo distin-  
 guunt.

d) *Solin.* in *Polyhist.* c. 27. al. 40. ait: *Clementia* indicia multa sunt; prostratis parcunt.  
 In viros potius quàm in foeminas saviunt. Infantes non nisi in magnà fame peri-  
 munt. *Alvar.* c. 23. in fin.



guunt. Bestiæ tremendæ celeritatis & audaciæ; noctu in vil- 48  
 las irrumpunt: pecudes atque jumenta laniant; id verò in  
 c. 43. *Midra-bahrâ* non fieri, testatur *Alvarezius*.

*Lupos* quoque habent, sed parvos & inertes; tales enim 49  
*L. VIII. c. 22* Africam & Ægyptum gignere *Plinius* jam olim testatus est.  
*ib. c. 21 & 30* Tanto sævior ibi est *Hyæna*, sive congener illi *Crocota*,<sup>f</sup> be- 50  
 stiarum voracissima; quæ non noctu modò, nec furtim, ut lu-  
 pi, sed apertâ vi in homines pecudesque grassatur; & vel pa-  
 rietes perrumpit: vel limina stabulorum molitur. Ἰνῆ: Æ- 51  
 thiopes vocant: albis atque nigris maculis interstinctam di-  
 cebat *Gregorius*.

*Atuar. c. 17.* At *Simiarum* ingentes greges (*mille & amplius ajunt*) in 52  
 montibus obambulant; nullus ibi lapis immotus manet; si  
 quod saxum majus à duabus vel tribus moveri non possit,  
 plures, quotquot locum habent, illud aggrediuntur, & si pos-  
 sint, invertunt, ut vermiculis sub iis latentibus fruantur; id  
 enim præcipuum illarum pabulum est. Formicas avidè ex- 53  
 petunt, tumulo earum, quotcunque accedere possunt, aver-  
 sas manus imponunt, atque illas volæ irrepentes, tamdiu do-  
 nec omnes defecerint, delambunt. Sed *exitiabiles sunt fru-* 54  
*gibus atque pomis*; agros enim & hortos, nisi custodiveris,  
 penitus vastant. Astutè tamen agunt, nec eos ingrediuntur  
 nisi exploratoribus præmissis; qui ubi tuta omnia fociis signi-  
 ficaverint, toto agmine irrumpunt, nihil profus reliqui faci-  
 entes. Igitur primò quietæ atque silentes ad prædam eunt, 55  
*Gregorius.* & catulos ætate incautiores, si fortè vocem edant, alapis ca-  
*Idem tradit* stigant; at ubi nullus ex hominibus metus, dissonis clamori-  
*Marmol in* bus lætitiâ suam testantur. Fœcunditati earum resisti ne- 56  
*suâ Africâ,* quiret, nisi à tot feris laniarentur; contra quas non nisi fugâ,  
*P. L. L. l. c. 23* & cavis rupium inaccessis, sibi consulunt. Quòd si fugæ lo- 57  
 cus non sit, audaciores pulvere vel arenâ manus implent, &  
 in feræ insipientis oculos conjiciunt, ne fugientes persequi  
 possit.

Verùm etiam innoxium quodpiam simulque lepidisfi- 58  
 mum

- e) *Panthera & Tigris* macularum varietate prope solæ bestiarum spectantur, ait *Plin. VIII,*  
 17. quo loco *Panthera* de *Pardo* accipitur. Cùm verò *Panther* τῆ παρθάλῃ apud  
 Græcos: vel *Pardo* apud Latinos opponitur, tunc de *Tigri* accipiendum est; *Vete-*  
*res* enim has feras, utpote valde inter se similes, non accuratè satis distinxerunt; quia  
 in Europâ tardè admodum, nunquam autem vel rarò simul visæ fuerunt. Duplex  
 earum genus esse sciverunt, cui verò alterutrum nomen tribuendum, vel ignora-  
 tum, vel dubitatum fuit.
- f) Ex *Hyæna* & *Leæna* progenitum animal, Æthiopiæ familiare, autores sic vocant, Vide  
*Solinum c. 65.* & in eum doctiss. *Salmasii Exercitationes Plinianas.*








Lib. 1. C. 10. n. 52



*Titih: 67 98 = Fonkes Amhar: 7-2 H: Gücreza*



*Animalculum*  
è genere conum græcè *Hollandi* *Danguine* vocant  
*Callithrix* veterum ut videtur  
Nobis *Ceropitheculum* ( *Galeopithecium*  
appellare visum fuit.

*Joh. Ph. Aubrey Sculp.*



num animalculum natura, quasi in solatium tot noxiorum, dedit. Æthiopicè Ἐἴθη: Amharicè verò ጉረዛ: vocatur. *Cercoptithecolum* vel *Galeoptithecolum* nominaveris; eam enim speciem habet. Elegans *Rhythmus lingua Gafatica* de eo extat, quem Æthiopicè & Amharicè expositum hic damus; ut eruditus lector simul differentiam dialectorum inde cognoscat:

60	<i>Gafaticè.</i>	61. <i>Æthiopicè</i>	62. <i>Amharicè.</i>
	በሶኝ: ተልጸላጦ:	በሰላ: ለይጸልኝ:	በሰጦ: ለልጸላሽ:
	በሌኝ: ተልበላጦ:	እንበይ: ለይበልህ:	እኻልጦ: ለልበላህ:
	ይጸላኝ: ለጣጦ::	ይጸልኝ: በበኝተ:	ይጸላኝ: ዘኝላሉ:

*Hoc est:* Hominem non lædo.  
Frumentum non edo.  
Oderunt me frustra.

63 Varii & ferè cæsi coloris est. Albos India gignit bellissimos, sed adeò teneros, ut, nisi amiculo pelliceo foveantur: aut sinu  
64 gestentur, ad nos vehi non possint. Num Callitriches veterum sint, aliis judicandum relinquo. De iis Plinius, postquam L.VIII. 654 de simiis disseruit: *Callitriches toto penè aspectu differunt; barba est in facie, cauda latè fusa primori parte. Hoc animal negatur vivere in alio, quam in Æthiopia, quo gignitur cælo.* † Eadem Solinus habet; addito: *Has capere non arduum, † al. sola in Polyb. 6. 40. al. 27. sed proferre rarum.* Fortassis quia nesciebant calore perpetuo fovendas esse.

65 Nomenclationem quorundam animalium, quam mihi Gregorius duplici lingua descripsit, cum lectore hic communicabo:

እኝሳ: ዘሌት: i. e. *Domestica animalia sunt:*

66	<i>Æthiopicè.</i>	<i>Amharicè.</i>	
	ላህጦ:	ላጦ:	Bos.
	ደበጦ:	ትጽ:	Bubalus.
	በገህ:	በገ:	Ovis.
67	ኪርገርሳጥ:	ሐገጣ:	Porcus.

At prior vox non est Æthiopica, sed Græca χοιροχόλιον. *Chærogryllus*, quam malè pro *Porco* accipiunt; *Arctomys* enim Bochart. Hieroz. III. 6. 33. est, muris Ægyptii genus.

	ጣሊ:	ጥል:	Capra.
68	ፈረስ:	Idem.	Equus pulcher & bello aptus; at equus ad alia servitia idoneus vocatur ጦገዝ:

G 2 *Æthi-*

g) Callithrix. *καλλιόριξ pulchros pilas habens.* Adjectivum ergò est, substantivè acceptum, & subintelligitur *ἰθὺς* id est, *simia*; *Pisbetus* autem masculinum est. Ergò potius *Hos* scribendum fuisset, nisi Latinam vocem respicere voluit Solinus.



ANIMALIA FERA. CARNIVORA.

<i>Æthiopicè.</i>	<i>Amharicè.</i>	<i>Latine.</i>	
- - -	ሰዘረ:	Pulchra equa.	69
ገጫ:	Idem.	Camelus.	
ሰቅል:	ሰቅሉ:	Mulus.	
ሸድገ:	ሸ ኸዞ:	Asinus.	
ገልብ:	ፀዥ:	Canis.	
ደጫት:	Idem.	Felis.	
	እንከሳ: ገደጫ: i. e.	<i>Animalia fera.</i>	70
ኒገ:	ዘኸን:	Elephantus.	
ዘረት:	ዠረተ: ቀጠን:	Camelopardalis.	
ተረ: <i>Tora.</i>	ሸዘን: <i>Agazen.</i>	} Magna sunt animalia, bourn similitudine.	71
- - -	ደፋሳ: <i>Dofasa.</i>		
ገዞል:	ቀላ:	Cervus.	
- - -	ሳሳ: <i>Sasa.</i>	Animal cervi similitudine	72
	& colore, sed caprà majus; fortè	<i>Dama</i> vel <i>Tragelaphus.</i>	
ፀህላ:	ሶኸር:	Capreolus.	
ፀይጠል:	ፈቆ:	Caprea.	
ጣሌ: ሰድፀ:	ዞሰደ: ፍዶል:	Caper sylvestris.	
ሸርፍ: <i>Orna.</i>	ጫደቋ: <i>Madakua.</i>	} Animalia; quæ capris assi- milabat Gregorius. <i>Ru-</i> <i>pic apra</i> vel <i>Ibices</i> esse videntur.	73
- - -	ደጉላ: <i>Decula.</i>		
ሸድገ: ገደጫ:	ዞሰደ: ሸ ኸዞ:	Asinus sylvestris, i. e. <i>Onager.</i>	
ሰረፀዞ: ሰቅል:	ሰርዞ:	Porcus sylvestris, i. e. <i>Aper.</i>	
ሰሰዘዞ:	ሰጣ:	Simia major. <i>Ein Davian/</i>	74
	<i>Cephus</i> vel <i>Orang outang</i>	Indis, ni fallor.	
ሀባይ:	ዘንደር:	Simia.	
ቀንፍዘ:	ዘርት:	Hystrix.	
ቀንጾል:	ቀሰር:	Vulpes.	
- - -	ቀልገ:	Animal vulpi simile, sed ma-	75
		jus.	
ሸንብ:	ፍርን:	Civeta.	
ጫተሌ:	ፀንፑል:	Lepus.	
ገሌ:	እፍጥጥ:	Cuniculus.	
ፈንቅስ:	ጉረዛ:	Galeopithecus.	
	ሰረቀተ: ሰቅል: i. e.	<i>Animalia sylva, h. e. ferocia,</i>	76
		seu <i>carnivora.</i>	
ሸንብ:	Idem.	Leo.	
ኔር:	ኔር:	Tigris.	
- - -	ዎዥላ:	Pardus, <i>ut videtur.</i>	
ተሃላ:	Idem.	Hyæna.	
ዘሸብ:	ዘብ:	Lupus.	

Videt

- 77 Videt studiosus lector animalia quædam, à Gregorio nominata, Latine non vel dubie reddita esse. At non dubito esse inter illa quædam veteribus memorata, *Lycaonem, Cætolepam, Thoa, Chaum, Mantichoram: Boves unicornes, tricornesque: Tauros sylvestres* atrocissimos, aliaque multa, *monstris*, quorum Africa ferax, <sup>h</sup> non absimilia.
- 78 Præterea animal mihi nominavit *Gregorius*, quod validum & sævum esse dicebat; Ἄρως: *Arwêharis*. Amhar: ለወረ: ኃርስ: idque procul dubio est Arabum حريش *Harish* vel حرش *Harshan*, quod *Vnicorne* est, capri specie, & pernicitate pedum valens. Num forte sit antiquorum *Monoce-*  
 79 *ros*, <sup>(83)</sup> qui, teste *P. Hieronymo Lupo*, <sup>1</sup> in Habessinâ reperi- *Proam.n.22*  
 tur, aliorum indagationi relinquimus. Pro fabuloso habitum fuit istud quadrupes à peritioribus plerisque. Nimirum ineptæ descriptiones, quasi vivum capinon posset: ambigua & ex plane disparibus animalibus conficta forma: tanquam de quodam errore naturæ auctores fabularentur, omnem fidem demserant; famam tamen non prorsus vanam fuisse Lu-
- 80 sitani tradidère. Visum enim fuit à *Joanne Gabriele*, quem supra nominavimus, apud *Agawos* in Regno *Damotâ*, ani- <sup>1,3,5</sup>  
 mal pulchro in fronte cornu, quinque palmos longo, & albicante praditum: mediocris equi magnitudine, & formâ: coloris spadicei: jubis atque cauda nigris, sed brevibus & tenui-
- 81 bus. (alibi tamen visum crassioribus & longioribus) *In densissimis sylvis solitarium vivere, & rarò in campos progredi,*  
 82 incolæ dixerunt. Quo minùs autem de veritate rei dubitaretur, pullus allatus fuit Patri cuidam Societatis, qui illum  
 83 oculis suis vidit. Porro *Lusitani*, in rupem quandam excelsum regionis *Naninæ*, quæ *Gojamæ* pars est, ab *Adamas-Saghedo Imperatore* relegati, testati sunt: *Se plurimos tales monocerotes in subjacentibus sylvis pascentes vidisse*; ex quorum relatione profecta sunt, quæ *Johannes Bermudes* & *Ludovicus Marmolius* <sup>k</sup> de hoc animali memoriæ prodidère. *P.I.L.L.c.23*
- 84 Descriptio *Lusitanorum* veritati magis congruere videtur; quæ enim veteres recentesque auctores <sup>l</sup> de unicornibus scripserunt, tam confusa reperias, ut quædam de *Rhinocerote*, <sup>m</sup> quædam de *Oryge*, quædam de *asinis Indicis*, quædam

G 3 etiam

h) Plin. L.VIII.c.19.21. Solin. in Polyhist.c.30. al.43.

i) In relatione illius Anglicè translata; tit. A short relation of the river Nile &amp;c. 1673.

k) allegantur à Bocharto in Hierozoico. L.III.c.26.

l) Quos vide latè apud Bochart. dicto loco.

m) De hoc intelligenda est M. Pauli Veneti relatio de Vnicorni in Javâ minore. L.III.c.15.

etiam de *ceto Gronlandico* Nahrwhal accipienda sint. tot animalibus ad Chimæram hanc formandam opus fuit. Cæte-8; roquin ambigendum non est, multas unicornes animantes hic & illic dari; id tantum summè dubium erat, de quibus sacra Scriptura ageret; quandoquidem interpretes, post LXX. Seniores, ferè omnes, Hebræum  $\text{רִמ}$  *Rim* vel  $\text{רִעַם}$  *Reem*, *Monocerotem*, animal Israëlitis planè incognitum, reddiderunt. *Æthiopicus interpres*, sive ignorans id animalis in Æthiopiâ dari: sive aliud intelligi putans, Græcum  $\text{ῥῖν}$  à  $\text{Μονόκερος}$  ubique reddidit  $\text{חַי חֶרֶב: פָּרָז}$ : (Bestia) *cui unum cornu*. At clarissimus *Bochartus* Arabum  $\text{רִמ}$  *Rim*, è caprearum genere: vel, quod verisimilius mihi videtur, *Orygem* esse docuit. (84) *Vrsi* 87 nomen  $\text{רֶבֶן}$ : *Deb*, ex Arabicâ & Hebr. linguâ habent; animal ipsum non norunt. In Africâ enim urfos non gigni, *Plinius* pridem scripsit; at *apri*, *cervi* & *caprea* dantur, secus ac ille putat, nisi fortè de Africâ propriè dictâ locutus sit.

## CAP. XI.

*De amphibis & aquatilibus.*

1. *Hippopotamus*. 2. Vnde illi hoc nomen. 3. *Jobi Behemoth* 4. *Segetibus*. 5. *Scaphis* & hominibus perniciosus est. 6. Igne fugatur; quare capitur. 7. *Crocodilus* 8. *Jobi Leviathan* est. 9. *Lacerta* aquatica, 10. *Anguæ*  $\text{נָחַשׁ}$ : Hebr. 11. à *Gregorio* describitur. 12. *Pisces* multi. 13. *Törpedinis* admiranda natura. 14. *Ferbris* curat, 15. fortè & *podagram*. 16. per hastam corpus afficit.

Nunc ad *amphibia & aquatilia* descendimus; inter quæ horribilis bellua, *invenitur Hippopotamus*, (85) i. e. equus fluviatilis: Æthiopicè  $\text{בִּיחַת}$ : *Bihat*, Amharicè autem  $\text{ጎማሪ}$ : *Gomari* dictus, vastâ corporis mole, & roboris stupendi, facile primas tenet. Græci, cum id nominis reperirent, caput tantum ex undis exsertum viderunt; rostro enim, oculis, & maximè auribus equo persimilis: ° corporis verò & pedum formâ prorsus dissimilis est, ac jubâ caret<sup>p</sup>; ut ex effigie hic depictâ apparet; breves enim pedes & per brevem caudam, cutem glabram, & lævem sine ullis pilis habet, bove autem duplo major perhibetur. <sup>q</sup> Neque aliud animal est  $\text{בְּהֵמוֹת}$  *Behemoth*, quod *Jobus* describit, antiquo Ægyptiaco vocabulo usus, quorum aliquam multa singulari numero in *oth* definiunt;

- n) Sic corrige apud *Bochartum* in *Hieroz.* L. V. c. 15. in fin. pro *Bicht* & *Gomar*.  
 o) Hinc *B.* *Tellez* scribit: *Bene quadrat in illos nomen equorum, quia reverâ rostro illis simillimi sunt, & adhuc magis auribus.*  
 p) secus ac *Plinius* putat, qui illi etiam hinnitum tribuit, L. VIII. c. 25. in fin.  
 q) Itali vastum corpus respicientes *Bomarin* i. e. *Bovem marinum* vocant.